MAGNUM LEGENDARIUM AUSTRIACUM (PARS IV: 1.7. 1.9.)

Melk, um 1470

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift

credentibus pollicentur. Africanus ait.
Declarare voluisti quod stulticia
plenus tocius veritatis ignarus sis.
quantam asseveras habere potestatem
cruciatum. Respondit Focas. Causa est crucifixi
ma iam ante predicta que dementia
virum ducat in preceps. Scriptum esse
constat de Christo. Iudeis quidem scandalum
gentibus dementiam. Nobis vero fi
delibus prudentia futurus est Christus.
Africanus ait. Est deus cruciatus.
Respondit Focas. Sunt dii deeque sacrei manu
hominis effecti. ceterum qui sic mortali
um naturam Christi [possit] exponere. Africanus
ait. Intuere celum digestione singu
li forma sideribus ornatum. aspice et ig
nifferum solem micantibus radiis. qua
driga alacritate clamat terris lucem profun
dere. et agnoscas quam miserum sit hec
vite ornamenta deserere. Respondit Focas. Ce
lum sidera que conlaudas ignoras
horum omnium conditorem. nunquid
sol lunam fecit. aut lune manu facta
sunt dei sidera. Hec omnia nostris usibus
servitura in dei verbo Christo ordinante per
fecta sunt. Africanus ait. Usque adhoc
te furoris magnitudo perduxit. ut
solem lunam ac sidera ab alio asseras
fuisse constructa. et ne eorum quidem
potestate frangaris. Respondit Focas. Quis
tam ineptus inveniatur aut stultus
qui elementis deorum nomen imponat.
Africanus ait. Ostende nobis deum
tuum. et ego ab imperatore meo ut ei
deserviat obtinebo. Respondit Focas. Dominus
deus noster ut ante iam dixi regnat in
celis. et est invisibilis ac magnus.
Illenim videtur vultu. sed timore cog
noscitur. Nec enim cum tibi placuerit
e celo imber effunditur. in voluntate

solius dei est quando predat. Sidera
non nisi precepta resplendent. nec se unquam
quam nubes in globum colligunt. nisi
deo regantur auctore. nec estas a suo
procedit arbitrio. nec pelagi in propria
voluntate tranquillitas est. Quid
ergo ista diutius commemorem. cum
nichil hominis sufficere possit exem
plum. Nec enim quando volumus sani
omnibus membris sumus. sed quando
nostro qui est verus deus videtur artifici.
nec venatio ipsa que vilis est in po
testate venantis est. et ut de imperato
re tuo disseram. eventus prelii. et leta vic
toria non dimicatione hominis. sed
in dei pendet arbitrio. Illi ergo deo
animis omnibus serviamus qui dixit
in lege. Ego occido. et ego vivifica
bo. Africanus ait. Et super hec omnia
illum estimas esse deum. quem crucis
tormenta laceraverunt. Respondit Focas. Intue
ris voluntaria carnalis corporis
passionem. nec resurrectionis que mox
affuit admiratione mulceris. Cer
te excusare te non potes ista nescisse.
Nam quam confiteris passionis quantum
estimas penam. nosti optime ascen
sionis et gloriam. scripturarum accipe ra
tionem. a quo vel tu vel imperator tuus
sit creatus. Explora et invenies ie
sum Christum quem cruciatum estimas
in illa sede celesti sedere ad dexteram
patris. et iudicare de singulis. Africa
nus ait. Demostenis iam loquacita
te superasti satisfaciat quod restat. ne
diuturnis urari incendio. Aspice quin
quaginta milia plus virorum ante
unum oculos animumque dirigere.
quod si in pertinacia tua manseris.
similem vane religionis eris ...